



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Diunitus vindicatur. 68

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

curtatæ tuniculæ lacernam tenuem, ac senio victam, super iniiceret. Calceatus item, cætera crura relinquebat prorsus detecta. 66 Ità præparatus in Cyprum deuehitur. In Cyprio portu, tres naues reperit, propediem soluturas: Turcarum vnã: alteram Venetam armamenti omnibus apprime instructam: in quarum ille neutram admitti potuit. 67 Et Venetę nauarchus rogatus IGNATIVM transportaret: comperta eius mendicitate, parum habuit negare, insuper cauillo petijt: & eum vtique, quem vulgò tam sanctum prædicarent, nauigij non egere: iuberet vndas sibi ancillari, & pedibus obnoxium mare perambulare. Pœnituit statim dixisse: & linguæ intemperantiam repentina clades expiauit. 68 Reiectus IGNATIVS, tertiam conscendit, exiguam illam, & vetustate carieque

rieque

rieque proximè fatiscentem. Eæ
simul omnes in altum euectæ, ac
secundis ventis in Vesperum vsæ.
Inde cœlum omne turbari, & na-
ues atrocibus procellis concussæ,
longè diuersissima euenta sortiri.
Turcica fluctibus decumanis ex-
pugnata, & immani aquarum
vortice cum omnibus vectoribus
hausta, momento subfidit. Mi-
tius in Venetam sæuitum est: Ea
iuxta Cyprum euersa quidem la-
befactaque pessum ijt: sed inco-
lumem tamen turbam exposuit.
69 Solus, quo IGNATIVS ve-
hebatur, lembus inter insanæ
tempestatis turbines euasit, ac
medio circiter Ianuario an-
ni cio. 15. xxiv. saluis omni-
bus portum tenuit. Verùm
vix pauculos dies Venetijs
moratus, repetere terram Hispa-
niam constituit. 70 Cui rei nu-
mis aliquam multis in stipe ac
C 4 panni